(14.) Ut sacerdotes filios et filias publice non teneant[qa]

[50-]Item[qb] prohibemus, ne quisquam clericus nostre diocesis[-50] [qc]filios et[qd] filias in domo sua publice teneat[qe] et eciam [51-]filio[qf] et[qg] filie,[qh] que pocius sunt eorum pudore,[qi] quam honore,[qj] nupcias[qk] seu eorum nupciis[qm] convivia habere audeat publice vel private, cum hoc eciam clericali honestati[qn] in[qo] grave scandalum et sanctorum offensam non sit dubium redundare, alioquin contrafaciens[qp] nobis unam marcam et decano rurali loci[qq] unum fertonem solvere sit astrictus et nichilominus per unum mensem integrum in ecclesia Olomucensi in cappa nigra stare teneatur[qr -51] in omnibus horis canonicis decantandis.

(15.) De clericis peregrinis[ra]

Sane gravis et clamorosa querela nostris auribus inculcatur, quod nonnulli sacerdotes et clerici peregrini de aliena diocesi convenientes ad serviendum divinis tamquam capellani et eciam circa prelatos et plebanos de[rb] celebracione et administracione sacramentorum nec non predicacionis officium temere contra sacrorum canonum disposicionem[52] sine nostra et officialium nostrorum admissione et approbacione se intermittere non formidant,[rc] et quod deterius est, opiniones hereticas et dapnatas[rd] per sanctam Romanam ecclesiam et eciam metropolitanam predicare coram laicis contra sacros canones, quos omnino non advertunt, et libertates ecclesie coram laicis utriusque sexus in eorum sermonibus predicare non formidant, ymo quantum in eis incitant laicos contra clerum eorum favores per infamiam clericorum sibi attrahentes. Nos [re-]ad extirpandam[-re] detestabilem eorum opinionem et hereticam pravitatem in nostra sancta synodo presenti sacros canones imitantes statuimus et mandamus sub pena excommunicacionis et privacionis beneficiorum, ut nullus prelatorum et plebanorum in ecclesia sua ignotum[rf] seu peregrinum clericum de aliena diocesi venientem ad celebracionem divinorum seu ad[rg] predicacionem in publico presumant admittere. Licet formatas suas seu litteras [rh]suorum episcoporum, ubi ordinati et consecrati sunt, et litteras

qa „Statutum quod sacerdos filios et filias publice non teneat in domibus“ *N.*
qb „Insuper eciam“ *N.*
qc „si“ *A.*
qd „aut“ *N.*
qe „teneant“ *A.*
qf „filii“ *A.*
qg „vel“ *N.*
qh „filie sue“ *N.*
qi „pudori“ *N.*
qj „honori“ *N.*
qk „nupciis“ *A.*
qm om. *A.*
qn „honestate“ *A.*
qo om. *N.*
qp Corr. *Kra.* „contrafacientes“ *A, N.*
qq om. *A.*
qr „teneantur“ *N.*
ra „Statutum de clericis peregrinis“ *N.*
rb om. *N.*
rc „formidat“ *A.*
rd „et dapnatas“ om. *A.*
re- -re „extirpanda“ *A.*
rf „ignotos“ *N.*
rg om. *N.*
rh „sue ordinacionis exhibeant, nisi eciam ostendant litteras“ *N.*



nostras vel vicarii nostri, in quibus contineatur expresse, quod[ri] in nostra diocesi habeant licenciam ad divinorum celebracionem et predicacionem, cum nos et vicarius noster ex disposicione iuris ex quo incognitos et peregrinos sacerdotes in nostra diocesi admittimus ministrare, diligenter explorare debemus, cui fidei et innocencie existant. Contrarium facientes et recipientes tales peregrinos clericos sine litteris nostris ad excommunicacionem et privacionem beneficiorum contra eos procedere non obmittemus et clericos peregrinos, sive sint capellani dominorum[rj] vel vicarii quorumcunque plebanorum sine auctoritate nostra vel vicarii nostri administrantes, eosdem volumus in[rk] virtute statuti nostri in hac sacra synodo fore excommunicatos ipso facto et excommunicamus in hiis scriptis. Insuper intelleximus, qualiter quidam plebani et rectores ecclesiarum vicarios seculares repellentes religiosos fratres et interdum apostatas[rm] loco vicarium assumunt et in ecclesiis eorum ministrare permittunt, quod omnino fieri sub pena excommunicacionis [rn]prohibemus.

(16.) De spoliis et spoliatoribus[sa]

[53-]Licet canon provincialis statuti felicis recordacionis domini Arnesti, archiepiscopi Pragensis,[54] satis provide sub pena excommunicacionis late sentencie statuerit, ut si quando spolium ecclesiasticorum bonorum factum fuerit per laicum vel [sb]ecclesiasticam personam captivam ad aliquem locum deduci contingeret, ex tunc sacerdotes hoc scientes[sc] non expectato superiorum mandato abstinere debeant a divinis. Quia[sd] facti evidencia nos edocuit, nondum ad plenum contra temeritatem et audaciam spoliatorum et captivatorumse predictorum es[sc] provisum. Quoniam contra huius constitucionem exquisitis fraudibus facere moliuntur; verum quia tanto maior erit predictorum confusio, quanto fuerit ipsorum culpa attencior,[sf] volumus et[sg] statuto presenti adicimus: [sh]ad quemcunque locum deinceps predicti spoliatores seu captivatores talium personarum pervenerint et declinaverint vel eciam spolium deductum fuerit, quamdiu ibi[si] permanserint, eo ipso cessetur a divinis, donec ipsum spolium plene et integre fuerit restitutum aut de ipso alias [sj]satisfactum.[-53]

(17.) De percussoribus[ta]

Canon „Si quis swadente dyabolo“[55] et statutum provinciale[56] contra eos firmiter observetur.

ri „vel“ *A.*
rj om. *A.*
rk om. *N.*
rm „apastatas“ *A.*
rn „de cetero“ *N.*
sa „Statutum de spoliis et spoliatoribus sequitur“ *N.*
sb „per“ *A.*
sc „facientes“ *A.*
sd „Quia tamen“ *N.*
se „captivorum“ *A.*
sf „potentior“ *N.*
sg „ut“ *N.*
sh „et“ *N.*
si „ibidem ipsi“ *N.*
sj „congrue“ *N.*
ta „Item statutum de percussoribus et interfectoribus“ *N.*



(18.) De etate et qualitate ad sacros ordines et curata beneficia promovendorum[ua]

Statutum[ub] domini Arnesti[57] firmiter observetur, quod incipit: „Cum clericorum ordinacio“.[uc]

(19.) De officiis vicariorum[va]

Simili[vb] modo statutum provinciale[58] [vc]observetur.[vd]

(20.) De capellanis nobilium[wa]

In quo disponitur, quod nullus capellanus officiet, nisi prius [wb]nobis vel vicario nostro promittat,[wc] ut [59-]mandata superiorum sibi iniuncta ad sui domini et ipsius castri familie noticiam perferat[wd] et obedienciam faciat manualem,[we] [-59] prout in eodem continetur,[60] firmiter teneatur. [61-]Cum plebani, in quorum terminis castra consistunt, mandata exequi[wf] frequenter non audeant propter tyrannidem dominorum, qui autem ante obedienciam prestitam capellas[wg] tales officiare presumpserint, a prelatis suspensi et [wh-]excommunicati, per vicinarum ecclesiarum plebanos tanto tempore denuncientur, quo[-wh] usque satisfaciant et obediant, ut dictum est.[wi] Statuentes eciam sub pena excommunicacionis late sentencie, ut si aliqua preda vel spolium spiritualium personarum seu eciam ecclesiasticam personam captam ad aliquam civitatem vel castrum adduci contingerit, capellani dominorum, postquam hoc sciverint, non expectato superiorum mandato abstineant a divinis.[-61]

(21.) De publicis notariis[xa]

Statutum provinciale, quod incipit „Cum ex eo“[62] cum pena in eodem apposita inviolabiliter observetur.

(22.) De monachis[ya]

Statutum domini Johannis, archiepiscopi Pragensis,[63] quod incipit „Item fertur et[yb] experiencia probatur“,[64] firmiter observetur seu[yc] teneatur, in quo disponitur: [65-]„ut nullus

ua „Item statutum de etate et qualitate ad sacros ordines et curata beneficia promovendorum“ *N.*
ub „Statutum provinciale“ *N.*
uc Sequitur: „›vel beneficiorum provisio‹ et cetera“ *N.*
va „Statutum de officiis vicariorum“ *N.*
vb „Solum“ *A.*
vc „ab omnibus inviolabiliter“ *N.*
vd Sequitur: „etc.“ *A.*
wa „Item statutum provinciale de capelanis nobilium“ *N.*
wb „a“ *A.*
wc „permittat“ *A.*
wd „preferat“ *N.*
we Sequitur: „et cetera“ *N.*
wf „exequenter“ *A.*
wg „capellanus“ *A.*
wh- -wh om. *N.*
wi „est dictum“ *N.*
xa „Statutum de publicis notariis“ *N.*
ya „Item statutum de monachis, qui promoventur ad ecclesias“ *N.*
yb om. *A.*
yc „observetur seu“ om. *N.*

episcopus vel alius, ad quem institucio vel destitucio pertinet, quempiam[yd] religiosum ad ecclesiam parrochialem per secularem clericum regi[ye] solitam confirmare vel instituere presumant, nisi fortassis esset[yf] [yg-]canonicus regularis aut sancti Benedicti ordinis,[-yg] cum quo racione predicacionis officii suus in hoc possit episcopus dispensare, vel si parrochia ipsa per religiosum tanto tempore gubernata fuisset, de cuius contrario memoria hominum nullatenus haberetur.“[yh] [-65]

(23.) De metu clericorum, qui non audent exequi mandata[za]

[66-]Quia clerici et religiosi nonnulli, non attendentes, quantum sit obediencie bonum, quod victimis[zb] antefertur, quod peccatum est ariolandi [zc-]non velle acquiescere et sczelus ydolatrie obedire,[67] nonnulla amissione[-zc] rerum suarum et corporis vanum metum allegant frequenter, ne cogantur mandatum exequi prelatorum, qui cum prosperitatis tempore multa bona acceperint, laute vixerint, de patrimonio crucifixi imminente[zd] neccesitatis articulo illius adversitates sustinere detractent, qui cum foret summe dives, ad obediendum Deo patri pro salute nostra onus[ze] subiit voluntarie paupertatis. Ex quo propter contemptum clavium ecclesie nervus[zf] ecclesiastice discipline dissolvitur et animas miserabiliter periclitare[zg] contingit. In hac sacra synodo statuimus, ut nulla rerum perdicio aut metus corporis legitime non probatus subditi inobedienciam mandatum prelati exequi non curantes valeat excusare, adeo quod si metus corporis non simplici proprio iuramento, sed legitimis coram eo, a quo mandatum subditus[zh] recepit,[zi] ostensus fuerit documentis, nichilominus loco cedat et[zj] notam[zk] transgressionis incurrere videatur. In hiis autem, que in non faciendo consistunt, utpote cum mandatur non communicari[zm] excommunicatis nec celebrare tempore interdicti aut aliis huiusmodi nullo modo, nec rerum nec corporum quocunque probatus metus excusat, cum pro nullo metu quis debeat peccatum mortale [zn]incurrere, quod ex inobediencia surgere sanctorum auctoritatibus comprobatur.[-66]

(24.) Contra prohibentes execucionem[a]

[68-]Preterea[b] quidam crudeles homines perversi, dum ad forum ecclesiasticum in causis eciam, de quibus ecclesia merito habet cognoscere, ab actoribus evocantur, illius

yd „quemquam“ *A.*
ye Corr. *Kra.* „rei“ erronee *A, N*; cf. J. V. Polc, *Statutes*, in: Apollinaris, 53, 1980, p. 139; *PSK*, p. 216.
yf om. *A.*
yg- -yg Corr. *Kra.* „canonicus regularis sancti Benedicti“ *A, N* erronee. Cf. J. V. Polc, *o. c.*; *PSK*, p. 217.
yh „habeatur“ *A.*
za „Item statutum de metu clericorum, qui non audent mandata exequi suorum superiorum“ *N.*
zb „vinctis“ *A.*
zc- -zc „nolle acquiescere et scelus ydolatrie obedire non velle amissione“ *N.*
zd „inniminente“ *A.*
ze „cuius“ *A.*
zf „vetus“ *A.*
zg „periclitatur“ *A.*
zh „subitus“ *A.*
zi „recipit“ *A.*
zj „ne“ *N.*
zk „votum“ *N.*
zm „excommunicari“ *A.*
zn „committere vel“ *N.*
a „Statutum contra prohibentes execucionem“ *N.*
b „Propterea“ *A.*